



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Mulier.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

nem ingrediendi loca Monialium, & virorum cujuscunque Ordinis.

Quintò, appellatione conventuum comprehenditur Congregatio Regularium, ita Gem. in *c. si religiosus*, §. quia verò, notab. 3. de elect. lib. 6. & etiam monasterium, seu congregatio Monialium, idem ibidem §. sanè, notab. 7.

MONETA.

Primò, quatuor modis potest moneta adulterari, tondendo, rodendo, aqua forti minuendo, & falso metallo cudendo, Abb. in *c. quanto*, de jur. jur. & ibi Innoc. Covar. de numismat. c. 7. & 8.

Secundò, si quis bona fide habuit monetam falsam ab aliquo, non potest eam tutâ conscientiam expendere, sed debet investigare eum, qui dedit, si potest, alias non, D. Ant. 2. par. cap. 17. §. 4. & 5. Tab. in *ver. emptio*, §. 3. Nav. in *Manua*. c. 17: 173. & cap. 19. nu. 8. Syl. in *ver. falsarius*.

Tertiò, pœna prædictorum falsificantium, & expendentium, vide Cov. loc. cit. Bart. in *l. si prius*, de aq. pluvia. Bal. in *l. eleganter*, §. qui reprobos, de pig. act. Host. in *sum. tit. de cri. fal.* §. & qualiter puniantur, nu. 8. facit *ca. ad audientiam*, de crim. fal. Diaz. *pract. crim. causa*, c. 108. Azo. in *sum. lib. 11. codicis*, rub. 10.

Quartò, nunquam est vendendum aurum vel argentum alchymisticum, pro vero auro, & argento, licet appareat pro vero auro, & resistat igni, & aquæ vivæ, si habeat proprietates aliquas auri, & argenti, tamen non potest

habere omnes connaturales eisdem, ut putâ, lætificandi animum, & de serviendo medicina, & non est diu duraturum, D. Th. 2. 2. q. 77. ar. 2. ad primum, Cajet. in *sum. ver. Alchymista*, Old. *conf. 74. alias 74.* Tab. *ver. emptio*, nu. 9. Abb. in *c. 2. de sortileg. in fine*, Cajet. 2. 2. q. 77. ar. 2. ad primum, ubi reddit quatuor causas, quare injusta sit venditio auri, vel argenti sophisticati. prima est, quia non potest de servire nummis conficiendis: secunda, quia non diu durat: tertia, quia non naturale: quarta, quia frequentius applicatur, vide *Armit. ver. Alchymia*, nu. 1. Oldrad. *conf. cit.* Iser. in *tit. quæ sint reg. in ver. moneta*, Peng. *com. 26 in 3. par. dir. inquisit.* & Sylvest. in *ver. Alchymia*, & *superius*, in *ver. casus*, in quibus, §. *Alchymistici*, quibus in locis habetur, Alchymisticos esse suspectos saltem de superstitione non pauca.

MONS PIETATIS.

Mons pietatis societas est, & qui contrarium prædicant, sunt excommunicati excommunicatione latæ sententiæ, Leo X. Bull. 9. quæ incipit, *Inter multiplicia*.

MULIER.

Mulieri legatum factum à marito, vel ejus filiis, si castè vixerit, si nubat, amittit legatum, secus verò si legatum fieret ab aliis. vide præter cæteros, Cov. in *c. 3. §. 9. vers. ult. de spons. secunda parte*.

MENSA.